corr.; *κακὴν π. γενέθλην* rell. codd. — Nihil hoc versu putidius fingi posse Hermann contendens p. 16 *φοιταλέην πολέμοιο κακοπτολέμοιο γενέθλην* scribi iussit, quod tamen non recepit Lehrs, neque Schneider probavit, qui haec p. 437. 438: »sed vellem dixisset [Hermann] in his quid *γενέθλην* significaret. nam si genetricem sive ortum causamve significare voluit, ut videtur voluisse volueruntque Colluthi interpretes et Spitznerus Excurs. IX ad Iliad. p. XIV, eam huic voci significationem attribuit, quae et ab reliquorum usu poetarum (cfr. Spitz. l. l.) et vero a Colluthi consuetudine plane abhorreat: cf. v. 1. 20. 250. 268. 281. 299. 353. 381. vulgarem autem usuque tritam significationem, quum hic tueri nequeamus, hanc potius vocem, quam quas Hermannus correxit corruptam putabimus. ac viam monstrat emendandi ipse Colluthus, qui v. 62 malum istud appellat *μόθου πρωτόσπορον ἀρχήν*. nam ut *φυταλίῃ* alludit ad *πρωτόσπορον* illud, ita pro *γενέθλῃ* expectamus aliquam vocem quae *ἀρχήν* significet. eam autem mihi quidem suppeditavit Nonnus Dion. 29, 324 *ἰνδοφόνοιο θεμείλια δηιοτῆτος*. id. 40, 254 *ἑπταέτηρα θεμείλια δηιοτῆτος* et 43, 3 *πολέμοιο θεμείλια πῆξεν Ἐνυώ*. quem secutus haud cunctanter rescribo: *φυταλιὴν πολέμοιο, κακοῦ πολέμοιο θέμεθλον*, cui versui si quid iudicabitur inesse putidi, iudicandum est etiam inesse illis *μόθου πρωτόσπορον ἀρχήν* aliisque plurimis, in quibus placuit sibi luxurians Nonni eiusque asseclarum ingenium. ceterum si quis praestare putaverit *φυταλιὴν πολέμοιο κακήν, πολέμοιο θέμεθλον*, is admonendus erit legem esse rhetoricam ut iterato nomini praedicatum adiciatur, quo cur iteretur appareat (Hermann. ad Mosch. p. 50)« Schneideri coniecturam, ut par erat, recepi. — **170** *δε μηλον εχουσα τοσην ανενειχατο* M; *τόσσην* ACLNP Ald., *τόσην* (σ superscr.) S, *τόσην* etiam Q, sed *σ* ex correctura est a glossatore profecta. — *ἀνενήκατο* post corr. Q; — **171** *ἥρη κερτομεουσα* et *αντιάνειραν* M; — **172** *ειξατέ* M, *εἴξατο* ante corr. C, *εἴξατε* Q; *καί* pro *μοι* V; *πολεμοιο* M, *πολέμοι* V; *συνήθεος* M, *συνήθεες* codd. dett. et edd. omnes, vix recte. *πολέμοιο συνήθεες* a prioribus interpretibus bellis adsuefactae [bello adsuefactae etiam Lehrs.] versum esse vituperavit Iulien p. 103, cum vix recte bellis adsuefacta vocari possit Iuno, quae modo ita amare in bellum et bellatores invecta erat. Sed quod Iulien alios secutus *πόλεμον* hoc loco trium dearum certamen significare voluit, vel *συνήθεες* absolute poni et *πολέμοιο* aeque ac *νίκης* ad *εἴξατε*

referri putavit, ne hoc quidem satis placet, cum recepta M libri lectione plana evadeat sententia: Cedite ex bello mihi adsueto (dicit *ἀγῶνα περὶ κάλλους*, caeterum cfr. Homericum *εἴκειν πολέμου καὶ δηϊοτῆτος*) cedite victoria! Atque *συνήθεος* probaverat iam Tournier p. 25, qui tamen *συνήθεος* non ad *πολέμοιο*, sed ad *νίκης* retulit; fort. recte. — *ειξατε* M, *εἴξατο* ante corr. C, *ἤξατε* Q; *μίκης* M; — **173** hic versus olim post v. 177 legebatur, recte transposuit Tournier p. 25, improbante licet Schneidero rec. p. 195. — *ὦ* pro priore *οὐ* habent *h n* Portus, Ubelus; *βασιλεῖα* M; *ου* pro *εἰ* M, unde *οὐ* recepit Tournier p. 25.; *πυρὸς* M; *ἐστὶ* M, *ἐστι* Bekker, et rell. post eum edd., *ἐσσὶ* (*ἐσσι*) rell. codd. et edd., *εἰμι* ex Tournerii coniectura (p. 25) recepi. cfr. Hermann p. 16: »Quae hic non adiuvisse Iunonem dicitur *σακέων βασίλεια, καὶ εἰ πυρὸς ἔστι* [sic] *τιθήνη*, ut in cod. Mut. pro vulgato *ἐσσὶ* scriptum, ridiculum esset, si aut Minerva esset, ut Lennepio visum: qui enim haec, ubi ipsa vincere volebat, Iunoni conciliasset victoriam? aut adeo, quod censori Heidelbergensi in mentem venit, coniux Vulcani Gratia. Enyo est, quam dicit poeta, facem gestans«. In Lennepii explicatione qui et ipse offendit Iulien, transpositis hemistichiis locum sic conformavit:

οὐ σακέων βασίλεια, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης,
οὔ σοι Ἄρης ἐπάρηξε καὶ εἰ πυρὸς ἐσσὶ τιθήνη, etc.

quod vertit: »Non, scutorum regina! licet hasta furat Mars, non Mars te adiuvit; licet ignis sis nutrix, non flammae Vulcani te adiuvere, licet flammae spiritum (i. e. ignem ardentem) producat«. Et similiter ego ipse lectionem olim constitui, nisi quod pro *σακέων βασίλεια*, quod quam parum apte de Iunone dictum sit, ex v. 150. 151 apparet, ex v. 161 *σκήπτρων βασίλεια* restitui. Sed nunc tanto molimine non esse opus ratus, Tournerii lectionem secutus sum, neque enim mater Vulcani aut nutrix erat Enyo, neque causam habebat, cur Iunonem adiuvaret. Denique nulla debet esse hoc loco Enyus mentio, cum et ante hunc versum, in qua sede vulgo edebatur, et post eum non nisi Iunonis filiae filiique commemorati sint. — **174** *αγλαΐην* M, *ἀγαΐην* m. pr. in P; *ἐφίλισα και αγλαΐη με διωκει* M; bene ad hunc versum Tibulli (IV 2. 8.) subsequiturque decor confert Graefius p. 246. — **175** *φασι σε* M, *φασί με* Q; *μήτηρ* ACLQ; *ἄριος* AQ; *υποδινεσσιν* M, *ὑποδίνεσσιν* Q; *αεξειν* M; — **176** *ηϋκόμων χαριτων* M; *ιερὸν* M post corr. ex *ιερῶν*; — **177** *ηρνήσαντο* M, *ἀνηρνήσαντο* Q; *ου* M; *ευρες* M, *εὗρες* N; *ἀρωγόν* M, Bekker

et rell. post eum edd., ἀρωγήν rell. codd. et edd. Atque ἀρωγόν in suspicionem vocavit Tiedke in Herma XIII p. 352, cum Nonnus oxytonis trium syllabarum, in trochaeum exeuntibus versum claudere non sit solitus. Verum enim vero et Paulum Silentiarium, et Musaeum et Tryphiodorum ab huius regulae severitate discessisse ita exposuit ipse Tiedke l. l., ut Collutho quoque hanc licentiam ignoscere merito possimus. — **178** *οὐ σοὶ ἄρης* M; *δορο* M; vv. 179—182 in M a M 3 exarati videntur, et ita quidem, ut verba *οὐ φλόγες* et *οἷα τε* in aliorum vocabulorum rasura scripta sint. — **179** *οὐ φλογὸς* Q; *ἠφέστοιο* C, *ἠφαίστοιο* APQ; *ἄσθμα* LNPQS, *ἀσθμα* C; *ἠμύναντο* pro *Ἡφαίστοιο* ex glossa scilicet orto, et *λοχεύῃ* coni. Tournier p. 26. — **180** comma, quod Lennep secutus a Bekkero, Hermanno, Lehrsio, Schneidero tacite post *ἀνεμώλιος* traduxerat, Iulien pristinae sedi, post *κυδιάεις*, male restituit. De vv. 180—187 haec Hermann p. 16. 17: »Bekkerus signa exclamandi posuit post *Ἀτρυτώνῃ* et post *πέπλοις*. Ea ratio si vera esset, in quinto horum versuum [v. 184], mente repetendum esset *κυδιάεις*. At tum certe post *Ἀτρυτώνῃ* signum illud non recte poneretur. Deberent enim sententiae ita cohaerere: *οἷα κυδιάεις, ὅτι σε γάμος οὐκ ἔσπειρεν· οἷα δέ, ὅτι χαλκέοις ὅπλοις καλύπτῃ*. Sed ne sic quidem omnia recte procederent. Neque enim apte adnexa essent illa, *καὶ φεύγεις φιλότητα*, et quae sequuntur, quae omnino cur ab armis potius, quam ab origine Minervae deriventur, non apparet. Nihil posset reprehendi, si pro altero *οἷα* aliud quid, v. c. *ἀμφί*, legeretur. Sed quum minime suspectum sit *οἷα*, positum autem non possit non ad superius *οἷα* referri, illi autem quod adiectum est *τέ* non bene conveniat, recte mihi videor iudicare, alieno loco intrusum esse hunc versum. Eo hinc reiecto ante primum eorum quos apposui [v. 180] bene habebit locus, ita nexa oratione:

οἷα δὲ, χαλκείοισι καλυψαμένη χρόα πέπλοις,
οἷα σὺ κυδιάεις ἀνεμώλιος, Ἀτρυτώνη«.

Hermannum secutus est Lehrs; male, ut patet ex Schneideri de vv. 180—189 disputatione, quae p. 438. 439 legitur: »Postquam Iunonem Venus derisit, transit ad deridendam Minervam, in quo transitu patet desiderari particulam *δέ*, ut *οἷα δὲ* scribendum sit v. 179. — qua autem re glorietur recte quidem intellexit Hermannus, sed recte inventis uti noluit. neque enim dubitari posse

videtur, quin ita sententiae cohaereant: *οἷα κυδιάεις, ὅτι σε γάμος οὐκ ἔσπειρεν*, ut patebit conferenti Nonni locum, qui obversatus Colluthi animo videtur Dionys. 8, 84 *εἶξον, Ἀθήνη, λῆγε Διὸς βοόωσα λεχώιον ἄντυγα κόρσης κ.τ.λ.* . . . . iam sequuntur haec, v. 184—189. quae quum et ipsa ab *οἷα δέ* incipiant, vel hac sua forma produnt poetam affectasse aliquam huius loci cum antecedenti in nectendis sententiis similitudinem. primum igitur Venus singulare Minervae studium denotat, quo ad bellum incumbat ab amore aliena. neque enim verum est quod Hermannus dicit, ita haec intelligenda esse ac si dixisset Colluthus: *οἷα δὲ κυδιάεις, ὅτι χαλκοῖς ὅπλοις καλύπτῃ*, quo concesso sane haud apte adnectuntur illa: *καὶ φεύγεις φιλότητα καὶ Ἄρεος ἔργα διώκεις*. immo hoc ipsum illud est, quod in Minerva miratur Venus, fugere eam amorem et bella affectare. iam hoc quoque Minervae studium Venus reprobat, ut in simili re fecerat v. 181, ubi quum adversativa particula usa esset, eandem patet hic quoque requiri scribendumque esse v. 186 *ἀγνώσσεις δ' ὅτι μᾶλλον κ.τ.λ.* ita quivis sentiet totam hanc Veneris orationem satis artificiose esse a poeta exstructam, quae peribit ars, ubi cum Hermanno v. 183 ante v. 179 collato scripserimus: *οἷα δὲ, χαλκείοισι καλυψαμένη χρόα πέπλοις, οἷα σὺ κυδιάεις ἀνεμώλιος, Ἀτρυτώνη*«. — *οἷα* ante corr. C, qui om. *τε*. Sic enim pro Schneideri *δέ* codd. et edd. omnes praeter Lehrs., qui ex Hermanni sententia *σὺ* scripsit *κυδιάνειρα* pro *κυδιάεις* habet SV, *κυδιάνει* PW, *κυδιάει* cum edd. omnibus ante Lennepium G; *κυδιάεις* ex coniectura et codicibus restituit Lennep. — **181** *μεώσατο* Q; — **182** *σιδηρίῃ* MACLNPQSW (codd. omnes, ut vid.) Ald. Ubel. *nh*; corr. Steph. — *ῥίζα* codd. et edd. omnes, in quo offendit iam Graefius p. 247: »*σιδηρείῃ τομῇ* quid hic sit, ex Luciano notum; *ῥίζα σιδήρου* quid sibi velit, nisi fere idem est, non video. Nam *ῥίζα σιδήρου* est *σίδηρος*, qui Palladi *ῥίζα* erat, unde propullulavit. Si argutandum f. chalybs sic dici poterat. Fortasse captavit aliquam concinnitatem cum v. antec. et ut ibi expressa est notio patris et matris, ita hic duo posuit, ad idem alludens. Infeliciter. Nam illa est *ἀμήτωρ*, a ferro in lucem edita. Emendationem locus videtur respuere«. Nihilominus, qui Graefii interpretationem parum quo placeat habere recte iudicavit, Schneider vocem *ῥίζα* corruptam esse vidit p. 438. 439: »quis enim post *σιδηρείην τομήν* non expectet potius aliquid, quod cum illo quandam habeat similitudinem et ipsum significans aliquam Hephaesti ferramento utentis operam? quod si quis ita instituisse Colluthum pu-

taverit, ut poneret vocem quae accurate nomini τομή responderet itemque actionem significaret, vereor ne cum Graefio dicendum sit emendationem locum respuere. at potuit poeta instrumentum ferreum nominare quod in eam rem usum habeat suaque significatione ultro actionem indicet qualem hic expectamus. qua probata sententia plures adeo patent emendandi viae, sed nulla facilior et expeditior quam ut scribatur ἀλλὰ σιδηρείη σε τομὴ καὶ ῥῖνα σιδήρου πατρῴων ἀλόχευτον ἀπεβλάστησε χαρήνων (nam ἀνεβλάστησε utique corrigendum fuit). Etsi autem lima Atticis est ῥίνη, constat tamen Moeridis testimonio etiam ῥῖνα in usu fuisse, ut variant πῖνα et πίνη, δῖνα et δίνη, θοῖνα et θοίνη, πεῖνα et πείνη, πρύμνα et πρύμνη alia. Cfr. Lobeck ad Phryn. p. 331, 437, 499 et Meineke Exercit. philol. in Athen. I p. 28 et II p. 4«. Cur ἀπεβλάστησε praetulerit Schneider, non video; de transitivo verbi ἀναβλαστέω [potius ἀναβλαστάνω] usu Graefius p. 247 conferri iubet interpretes ad Soph. Aiac. 40. — **183** πατρωΐων ACLNPQSW (omnes dett. ut vid.) et edd. ante Stephanum, nisi quod πατρώϊον n. — ἀνόχευτον G, ἀλόχητον Q; — **184** οἷα M; χαλκίοισι Q; καλυψαμενη χρεια πεπλοις M. — **185** φεύγοις ALNQR; ἄρεος M, ἄρεως (ο) Q; εργα M; — **186** Lennep secutus ab Harlesio ἁρμονίης δ' ἀδίδακτος scriptum esse etiam in PQV falso putans (nam omittunt particulam codd. omnes et edd. ante Stephanum) post διώκεις v. 185 interrogandi signum posuit, post ἀδαήμων v. 186 punctum sustulit et vv. 186. 187 coniunxit simul Ἁρμονίης et Ὁμοφροσύνης tamquam propria dearum nomina imprimenda curans, et v. 187 pro Ἀθῆναι ἐκεῖναι coniciens ad Ἁρμονίην et Ὁμοφροσύνην referendum. Fusius refellit haec Iulien, qui contra Lennepii coniecturam hoc praesertim attulit, quod non licuit Veneri victoria exsultanti et in Minervam superbe invehenti imbecillas vocare Harmoniam et Concordiam, quas nihili facere Minervae opprobrio vertit. — αρμονίης M, ἁρμ. C. δακτος — ἀδαήμων add. M 3 in M; — **187** δ' Schneider ex coniectura, quam vide supra, addidit; vix recte, cum ἀγνώσσεις ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης legatur apud Musaeum v. 249. αγνωσεις M, ἀγνώσεις Q; μάλλον αναλχυδεσσεισιν M; ἀθῆναι MV, S in marg., P in marg. a m. 2., ἀθῆναι (η) W, ἀθήνη ACL (hic cum glossa ὦ vocativum designante) NQ et SP in textu; idem habent edd. ante Bekkerum, et etiam G, ut videtur. De hoc versu sic Graefius p. 247: »Quod olim edebatur Ἀθήνη neque nominativo neque vocativo sententiae

convenit; neque ferendum, quod coniecit Lennep. *ἐκεῖναι*, quia sic v. 188 sensum non habet. Itaque omnino verum est *Ἀθῆναι*, non de Minervis pluribus, quod in hac ad Minervam oratione absurdissimum (etsi aliquando eiusmodi nomina propria plurali numero dicuntur); sed de urbe Athenarum. Urbs autem cum dicitur, intelliguntur incolae. Vellicat itaque Minervam Venus ita, ut Athenienses, quibus illa superbit, tamquam homines imbelles et ignavos rideat. Tu, inquit, fortis et victrix videri cupis; at neque tu fortis es neque tua illa urbs inclyta. Et quia urbis nomen plurale est et foemininum, *Ἀθῆναι*, si personam induunt, mulieres videri possunt; at non sunt verae mulieres! quid igitur? mares? neque mares, neque foeminae, etsi membris a natura in utrumque sexum distinguuntur Athenienses. Totum est Nonni acumen, qui illud *κεκριμένον* multis modis usurpavit in Dionysiacis«. Recte sane vehementer miratus est Hermann p. 17 »quod Graefio acutissimo leporum et venustatis arbitro, *Ἀθῆναι* non Minervae, sed urbs Athenarum esse visae sunt«. — **188** *τοῖαι* M et edd. inde a Bekkero, nisi quod reliquorum codicum et editorum lectionem *καὶ οὐ* retinuit Iulien, Bekkeri *τοῖαι* coniectura sola niti falso ratus. Lectionem a Bekkero receptam sic vertit Lehrs: »Ignorasne, quod potius impotentes sunt Minervae tales, gloriosis se delectantes bellis?« Iure igitur mireris a Graefio p. 248 talia scribi potuisse: »*τοῖαι* quod Cod. Mut. obtulit, fateor, me non intelligere; *καὶ οὔ*, quod vulgo edebatur, metricis rationibus damnandum est, neque negatio propter seq. *ἀγαλλόμεναι*, satis videtur probabilis. Nunquam *καί* ante vocalem ab his poëtis productum reperitur, ut id ad Tryphiod. v. 132 observavimus. Itaque, nisi Cod. Mut. unice audiendus est, verum censendum est id, quod pari probabilitate et in *καὶ οὔ* et in *τοῖαι* depravari potuit. Legendum itaque videtur:

ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθῆναι,
εἰ καὶ κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισιν,

licet superbientes gloriosis bellis, imbelles potius sunt. Et *εἰ καί*, ut corrumpi potuit in *οἷαι* et *τοῖαι*, sequente imprimis simili syllaba *κυ* (vid. talem errorem C. Mut. v. 397), ita transpositum *καὶ εἰ* facile depravandum erat in *καὶ οὔ*, ut *οὔ* et *εἴ* confusa sunt infra v. 300. qui locus levem cum nostro similitudinem spirat; sed, quod doleas, eo non integrior ad nos pervenit. Si vulgatae praeferenda est auctoritas Cod. Mut., proxime offert se:

ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθῆναι,
αἵ τεαί, εἰδαλίμοισιν ἀγαλλάμεναι πολέμοισιν.

speciosis bellis, ut fere εἰδάλιμος est apud Mnasalc. ep. 17, et origo vocabuli postulare videtur, vel οὐδαμινοῖσιν aut οὐτιδανοῖσιν, epitheto, quod Nonno in deliciis est«. Sed recte codicis M lectionem probavit Hermann p. 17. — κυδαλίμοισι C; πολέμοισιν M; post πολέμοισι signum interrogationis ex solo P enotavi; κεκρυμένων QV, κεχρυμένων SW, κεκριμένων P (corr. m. 2); »κεκριμένων μελέων (quod ex duobus Nonni locis Bekkerus attulit, in neutro autem invenitur, sed legitur Paraphr. 19, 188) apparet esse: quum discreta sint membra maris ac feminae nec umquam membra, quae sola sunt ad bellum apta, in femina sint aut contra, quod monui propter Mauritium Schmidt, de Didym. p. 39 not.« Schneider p. 439. 440. Bekker sine causa ἤτ' ἄρσενες ἤτε γυναῖκες coniecerat. — οὔτ' CQ; οὔτε C; οὔτ' — γυναῖκες add. M 3 in M; — **190** τοῖον ex M iubente Hermanno p. 17 recepit Lehrs; τοῖα δ' rell. codd. et edd. praeter Bekkerum, qui τοιάδ' edidit, quod est etiam in Q; — προσεννεπε M; προσένεπεν S; Ἀθήνην om. M, quare, cum non solam Minervam, sed Iunonem quoque allocuta sit Venus, et Ἀθήνην in secundo abhinc versu in eadem versus sede recurrat, nescio an deteriorum codicum scriptura Ἀθήνην lacunae obtegendae causa a librariis non nimis sagaciter ex v. 192 ascita sit; ἀθήνη LQ, ἀθήνῃ A, ἀθήνῃ C; — **191** ὥσημεν M, ἡ rell. codd. et edd.; ᾗ ego; πτολὶπορθον M, πολύπορθον L; αεθλίον M; ἔλαχε Q ante corr., S, W ante corr. — μορφης M; — **192** ἥρην M; ἐξελασασα M, ἐξαλάσασα Q; — αθήνην M; — **193** ιμείρων M, ἱμείρων A; ἠλαίνων dubitanter coni. Tournier p. 27. ὑπέρωτι ACLN; ην M; εἶδε M, οἶδε AQS et edd. ante Bekkerum, qui εἶδε cum rell. codd. — **194** ἀθροισας M, ἀθροίσας quod ex V, atque Anonymi et Dorvillii coniectura primus recepit Lennep, habent etiam SW, ἀθρήσας P, ἀθρήσας AC (sed hic cum glossa συνάξας) GLNQR; επιδασκιον M, ἐπιδάσκιον LNPQS; — ἠγαγενύλην M, ὕλην etiam rell. codd. et edd.; Ἴδην maluit Wernike collato Quinto Smyrnaeo δάσκιος Ἴδη V 495, ποτὶ δάσκιον Ἴδην id. VIII 343, et Tryphiodoro v. 324 ἔβρεμε δ' ὀμφαίῃσιν ἅμα δρυσὶ δάσκιος Ἴδη. Olim Wernikii coniecturam recipiendam esse et v. 196 vulgatum ὕλης pro M libri Ἴδης a Bekkero probato restituendum esse duxi, cum inepte dicatur: »viros in silvam duxit, ubi arbores Idae caesae sunt« pro eo, quod dici debebat,

»viros in Idam duxit, ubi arbores frondosae silvae caesae sunt«. Sed nunc *ἐπὶ δάσκιον ἤγαγεν ὕλην* v. 194 retinendum esse persuasit v. 226 *ὑπὸ δάσκιον οὔρεος ὕλην* et v. 358 *ὑπὸ δάσκιον ὕλην*, licet Wernikianum etiam Tournier p. 27. 28 probaverit. — **195** *ἀνερας εργοπόνοιο δαημονας ἀτροιτῶνης* M, in quo *ἀτρωτῶνης* erat ante corr.; *δαήμονας* ex *δαήμων* effecit glossator in Q; — **196** *ενθα* M; *πολυπρέμνοις* M, unde optimi codicis lectionem secutus *πολυπρέμνοιο* edidi collato v. 358 *ἀλλὰ πολυπρέμνων ξυλόχων ὑπὸ δάσκιον ὕλην* et Apollonio Rhodio IV 160 *κύκλα πολυπρέμνοιο δι' ἐξ ὕλης τετάνυστο*; — *ταναπρέμνοιο* S V, *τανυπρέμποιο* (νο supra) P, *τανυπρέμνοιο* rell. codd. et edd., quod defendit Bekker, collato Nonno V 541 *ἔνθα τανυπρέμνοιο διέστιχεν ἔνδια λόχμης* et probavit Tournier p. 27. — *δαϊζόμενα* M; *δρῦες* M, et C post corr.; *ἴδης* M, quod receperunt Bekker et rell. post eum edd.; *ὕλης* codd. dett. et rell. edd., vide ad v. 194; — **197** *ηριπον* M, *ἥριπον* ACLNPQW fort. codd. dett. omnes); *αρχεκάκοιο* M; — **198** *ος* M, *ὣς* A, *ὡς* Q; *ποτὲ* C, *ποτε* rell. codd. et edd. praeter Lehrsium, qui Hermanni coniecturam (p. 17) *τότε* recepit; in eandem inciderat Koechly ad Tryph. v. 47; *μαργαίροντι* A ex corr., Q; – **199** *αλεξάνδρω* M, *ἀλεξάνδροιο* Q, *ἀλεξάνδρεο* A, in C *ω* vocis *ἀλεξάνδρω* ex corr. est; *δρυτόνω* M; *τεκτείνατο* CLNQR; *χαλκῶ* M; cum *Ἀλεξάνδρῳ* prorsus otiosum sit et *νῆας* epitheto careat, Tournier p. 27 *ἐϋσσέλμους* pro *Ἀλεξάνδρῳ* mire coniecit, vulgatam scripturam ex mala recordatione loci Tryphiodorei (61 *νῆας Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο*) ortam esse iudicans. **vv. 200—201** om. codd. dett. omnes et edd. ante Bekker.; — **200** *προβεβουλε* et *καμὲ* M, quae tacite corr. Bekker. — **201** *νῆας ἃς* M, quod retinuerunt editores, licet *ἃς* metrum violare iam Bekker viderit; *ἅτ'* coni. Wernike ad Tryphiod. p. 43, metro melius quam sententiae consulens, iudice Hermanno p. 17, qui *ἃς* pro brevi syllaba positum Hesiodi exemplo defendit persuasitque Lehrsio. Contra Graefius p. 248. 249: »Male repetitum *νῆας* aut e fine v. praeced. aut initio v. 198 corruptionem loci videtur effecisse, cum poëta dedisset: *κάμε νῆας, οἵας οὐκ ἐν.* etc. alludens f. ad Argus navem, ab Argo quidem exstructam, excogitatam tamen a Minerva, cfr. Apollon. I 19, aut ad equum Troianum, similiter ortum, cfr. Tryphiod. v. 57. Infelix acumen, Colutho tamen non indignum. Quod qui negat, per me duos versus a Cod. Mut. suppeditatos, aliunde desumtos et male hic insertos putet. Sic Argo describi potuit huiusmodi versu:

νῆα μὲν οὖν ἐνόησε καὶ οὐκ ἤσχησεν Ἀθήνη.«

Schneider p. 440 Colluthum vel ad Homeri exemplum (IX 283 *νέα μέν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων*) *νέας ἃς οὐκ ἐνόησεν* (ut ediderat Schaefer) scripsisse vel Attico usum esse *ναῦς* putavit. »utrumque autem scripsit, in eo non erit haerendum, quod epanalepsis figura usus Colluthus repetitam vocem paululum immutaverit. nam a tali anxietate et alii saepe poetae alieni fuerunt (cfr. Meineke ad Callimach. p. 248) et parum illam legem curarunt huius sectae poetae: cfr. Nonn. Dionys. 47, 486 *ἔκτανεν υἱέα μήτηρ, μήτηρ ἔκτανεν υἷα*. Paraphr. Σ 41 *τελέθω*

Γαλιλαῖος Ἰησοῦς, Ἰησοῦς Γαλιλαῖος ἐγὼ πέλον«.

Ego cum et *νέας ἃς* et *ναῦς ἃς* a Nonni eiusque sectatorum arte prorsus abhorrere reputaverim, dubitanter *νῆας δ' οὐκ* scripsi. — *οὐκ ενόησε καὶ ουκήσχησεν* M, tacite corr. Bekker. — **202** *ἄρτι* ex M Bekker et post eum edd., *ἀντὶ* rell. codd. et edd.; — *μεν* M; *εἴδαιων ὀρέος* M; *ηλλάξατο* M, *ἠλλέξατο* A, *ἐλλέξατο* Q; — **203** *ἐπικουρον* M; *εφεσπομενην* M, *ἐφέσπομένην* A; *αφροδιτην* M; — **204** *ακταίοισιν* M; *ἵλασσόμενος* M, *ἱλασσόμενος* C ante corr., LNR, *ἱλασσόμενος* C post corr. (ασκ supra), *ἰλησσόμενος* P, *ἱλασκόμενος* SW, *ἵλασκόμενος* AQ, *ἱλασσάμενος* scripsi Schneidero obsecutus »nam eo ipso tempore quo super tergora maris navigabat, *ἀκταίοις* quidem sacrificiis placare deam Paris non potuit«. Sed falsus erat Schneider p. 426 ipsum *ἱλασσάμενος* in M exaratum esse credens. — *θυέσσιν* R; — **205** *ἔλλεεν* M; *ἑλλήσποντον* M, *ἑλίσποντον* Q; *ἐπευρέα* MC; *θαλάσσης* MG, et glossa in C, *τηθήνης* C, *τιθήνης* rell. codd. et edd. omnes, praeter Lehrs., qui *γαλήνης* recepit ex coniectura, quam fecit Lennep comparatis vv. 227 et 362, et Nonn. 3, 60 (*ἄπνοα σιγαλέης ἐτανύσσετο νῶτα γαλήνης*) et probavit Hermann p. 17. Iulien, secutus a Schaefero, id quod coniecerat etiam Brodaeus, repudiaverant autem Dorvillius et Lennep, *θαλάσσης*, edidit. Confer etiam Graefium p. 249: »Fortasse *τιθήνης* proximum versum claudebat, ad quem librarii oculus cum aberrasset, factum est, ut verba interposita omitterentur. Ita cogitari certe potest, mare *τιθήνην* a Venere marina vocari, veluti:

ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης·
οὐδ' ἁλὸς οἶδε θεὰ λειαινέμεν οἶδμα τιθήνης.

relate ad v. 202 s. Sed f. *τιθήνης* ortum est ex male repetita syllaba postrema voc. *νῶτα* et genetivo *θαλάσσης* per compend. *θαλασ*ς

scripto«. — **206** τῶδε πολυτλήτων M; πολυπλήτων ante corr. Q; σημεΐα Q; φαινετο M; — in vv. **207—210** primum scripturae diversitatem proponam: **207** μεν M; θύελλα Hermann, Lehrs, θάλασσα codd. et rell. edd. omnes. — **208** οὐρανος M; ὀρφναίῳ GPW et edd. ante Lennep.; ἑλικῶν codd. dett. et edd. ante Lennep.; δεσμα (vel δεσμω?) M; δεσμῶν Q ante corr., C; — **209** η δ' M, ἥ δ' ACPQSW, ἡ δ' rell. codd. et edd., ᾗ δ' ego; ἂρ ἀνοχθαλόεντος M; ἄρα μυχθαλόεντος fort. N, et edd. omnes ante Lennep., ἄρα μιχθαλόεντος codd. rell. — ὑπηερος M, ἐπήερος LNP m. 1. QR, ἐπ' ἠέρος ACG, et edd. ante Lennepium, ἀπ' ἠέρος SW et m. 2 in marg. P, et edd. inde a Lennepio. ὄμβρων Q; — ϊεῖσα M, ἱεῖσα Bekker. Lehrs., ἀνεῖσα rell. codd. et edd., etiam Iulien. — **210** ἐκλυσθη M; δετε M; δέ τε rell. codd. et edd. praeter Lehrs., qui Hermanni coniecturam δ' ὕπο recepit; — ποντος M; ἐρεσσομενων M, ἐρεσσαμένων S; — v. 208 Ἑλίκης vel plurali pro singulari posito Ἑλικῶν pro ἑλικῶν praeeunte Falkenburgio et Brodaeo coniecit Dorvillius, qui δεσμὸν ὀρφναῖον ἑλίκης interprelatus est: »Helicen obscuram. Coelum obscuravit, Helice non adparente nec navim regente«. Lennep ex L ὀρφναίων recepit et ἑλικῶν in ἑλίκων mutavit, quam emendationem etiam Heringa Lennepio communicavit. Δεσμὸν ὀρφναίων ἑλίκων autem interpretatur »vinculum obscurorum tractuum, quales, orta tempestate, undarum ad coelum montium instar sese tollentium motu fieri solent«. A qua explicatione non valde discrepat Letronnii apud Iulianum, ἕλιξ idem esse docentis quod Plutarchus ἑλιγμὸν ἐν πελάγει, Francogalli trombe vocant. Graefius demum p. 250 ἕλικας nubium turbines significare vidit. — v. 209 pro μιχθαλ. vel μυχθαλ. Brodaeus ὑαλόεντος, alii μοχθαλόεντος coniecerunt, Ruhnken olim μυδαλέου ἐξ' ἀέρος vitiose coniecerat, postea tamen in codicis R scriptura, quam Lennep primus in textum induxit, μιχθαλόεντος pro μυχθαλόεντος aquievit. Hermann p. 18 a Lehrsio secutus tacite ὀμιχλήεντος scripsit. Schneider p. 440 praeeunte Dorvillio et Graefio p. 249 ἀμιχθαλόεντος commendavit »nam id ipsum, quod hic Hermannus desideravit, ex nonnullorum certe grammaticorum sententia significat ἀμιχθαλόεις: cf. Schol. Hom. Il. ω 753. ἀμιχθαλόεσσαν-ἔνιοι ὁμιχλώδη ἀπέδοσαν«. Tum v. 210 pro ἀνεῖσα (sic enim codd. dett. et edd. ante Bekker.) Dorvillius ἀνῆκε vel ἀνίει coniecit, nam »durum ut huc ἐκλύσθη quoque referatur: et stribliginosum est et Coluthi facilitate indignum, ut intelligatur ἦν. An putabimus versum deesse? nam ἀνεῖσα non

facile convelli debet. Similiter pendens participium habemus v. 357.« Lennep hac suspicione probata post *ἀνεῖσα* huiusmodi versum periisse credidit: *Παντοίων ἀνέμων μέγα κῦμα κύλινδε θύελλα*, quem versum vitiosa caesura laborare vidit Graefius p. 250. Iulien, qui et ipse cum Bekkero versum deesse putabat, *ἡ δ' ἄρα* non cum prioribus interpretibus ad *ἑλίκων*, sed ad *θάλασσα* rettulit, et *ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἀνεῖσα* nihil aliud significare credidit, quam aquam (*ὄμβρον*) maris ad caelum usque surgentis denuo ex altitudine decidisse. Etiam Graefius p. 249 persuasum habuit »versum excidisse nullis argutiis negari« posse. »Etsi enim physicis rationibus demonstrari potest *θάλασσα ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἱεῖσα* cfr. Nonn. II 499 ss. uti *ἀήτας ὠκεανὸς ἀνίησιν* Odyss. *δ* 568, et extorqueri fortasse *λαβρὸν* vel *πικρὸν ἀμιχθ. ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἱεῖσα*, adeoque *θάλασσα* v. 202 mutari in *θύελλα*; omne tamen eiusmodi artificium ab hoc quidem loco alienum videtur, praesertim cum propter praecedens v. 202 *μέν*, illud *ἡ δ' ἄρα* aptam oppositionem incipere videatur. Suspicor itaque, propter simile fortasse initium excidisse versum huiusmodi:

ἡ δ' ἄρ', ἀμιχθαλόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἱεῖσα,
ἦμαρ ὁμίχλῃ νυκτὸς ἀπέκρυψεν μέσον Ἥρῃ.

cf. Heyn. ad Il. *ω* 753, vel *ἦμαρ ἀκηχεμένοις* (cf. v. 290) *Ἥρη πάλι κρύψατο ναύταις*, et quidquid hac via excogitari potest. Certe Iuno, *ὄμβρων μήτηρ*, Orph. hymn. XVI 4. habebat, cur Paridi irasceretur.« Hermann p. 18, a Lehrsio secutus et a Schneidero meritis laudibus p. 440 elatus v. 208 id quod etiam Graefio in mentem venerat, *θύελλα* pro *θάλασσα*, v. 210 *εἶθαρ* pro *ἡ δ' ἄρα* et v. 212 *δ' ὕπο* pro *δέ τε* scripsit simul lacunae ante v. 211 suspicionem improbans, »manet enim, ut alia taceam, duplex perversitas, una in re ipsa, quod mare assurgere dicitur, et caelum tortis nubibus cingere, altera in oppositione per particulas *μὲν* et *δὲ* indicata, quae hic talis esset, ut idem sibi ipsum opponeretur.« *δ' ὕπο* autem v. 212 scripsit »quod Coluthus, si scivit quid significaret *δέ τε*, non potuit id scribere.« Et caeteris quoque locis, ubi olim legebatur, *τε* particulae usus Collutho abiudicandus erat. — v. **210** *ἐκλύσθη* contra Brodaeum, Anonymum et Neandrum (in marg.) qui id in *ἠχλύνθη* mutare voluerunt, recte defenderunt Dausqueius, Ubelus et Ruhnken, hic quidem collato Quinto Smyrnaeo XIV 534 *Ἐκλύσθη δ' ἄρα πᾶσα περίδρομος Ἀμφιτρίτη*. — Tum *ἀρασσομένων πετράων* pro *ἐρεσσο-*

μένων ἐρετάων dubitanter olim coniecit Lennep collato Apollonio Rhodio II 555 sqq.: *Δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν Νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ φόβῳ προτέρωσε νέοντο. Ἤδη δέ σφισι δοῦπος ἀρασσομένων πετράων Νωλεμὲς οὔατ' ἔβαλλε, βόων δ' ἁλιμυρέες ἀκταί. Ἐρεσσομένων* pro *ἐρεσσόντων* posito offensus ego olim *ἐπειγομένων* conieci, sed nunc vulgatum retinui, etiam quia *ἐρεσσομένων ἐρετμῶν*, similis locutio, passivo licet sensu, infra v. 229 occurrit. — **211** *τοφρα δε* M, *τόφρα* (om. *δέ*) Q, *τόφρα καὶ* G et edd. ante Lennep., qui reliquorum codicum lectionem *τόφρα δὲ* recepit. *δαρδάνιον* V, *δαρδανίδην* M, unde *Δαρδανίην* scribendum esse vidit Schneider p. 426, collato v. 390, ubi M item *δαρδανίδης* pro *Δαρδανίης* exhibet. *Δαρδάνιον* rell. codd. et edd. omnes (nisi quod *δάρδανιον* *h*). *Δαρδανίην* probavit etiam Tiedke in Herma XIII, p. 273, cum Colluthus Nonnum secutus alioquin proparoxytona ante caesuram tertii pedis masculinam ponere non sit solitus. — *οὐδὰς ἀμείβων* M; — **212** *ἴσαμαρίδος* M; *παραπλόω* M, *παραπλόων* Q; — **213** *δε* M; *θρηικίοιο* M, sed *ί* ex corr., *θρηκίοιο* A, *θρηϊκϊοῖο* SW, *θρηϊκοῖο* [ϊ] PV, *θρηκίοιο* (sed *η* [ϊ] a m. 2. ex corr.) Q, *θρηΐκοιο* C, *θρηϊκίου* [οιο] N, *θρηΐκιον* [οιο] R; — *μετούρεα* M, *μετάρρια* CPQW *n*, *μεταρρία* ALNR, *μετάρροια* V, *μετάῤῥοια* [ρι] S, *μετάῤῥισια* *h*, *μετάρσια* G, ut voluerunt Anonymus, Brodaeus, Neander (in marg.), Stephanus, quos vituperavit Dorvillius, Aldinae editionis lectionem *μεταῤῥία*, quod veterum more pro *μετὰ ῥία* scriptum putabat, commendans. Et obsecutus est Lennep. *μετὰ ῥία* a Lehrsio quoque receptum tacite edidit Bekker, probante in notis Iuliano, qui in textu *μετ' οὔρεα* ediderat. — **214** *φύλλιδος* M; *ἀντέλοντα* M; »Brodaei coniecturam *ἀνθάλλοντα* emendantis, quod de sepulcro Phyllidis in amygdalum versae intelligebat, acutam magis quam veram puto. Notissimum verbum *ἀνατέλλειν*, *ἐπιτέλλειν*, *ἀνέρχεσθαι* de illis rebus, quas eminus apparere et sensim sensimque quasi oriri videmus, saepe apud Homerum aliosque reperies. Ipse Coluthus mox v. 215. v. 217.« Lennep. *φιλὴν ὅρος* M, *φιλήνορος* rell. codd. et edd., quod contra Brodaeum Falkenburgiumque *φιλήτορος* rescribi iubentes defendit Dausqueius; et *φιλήνωρ* idem esse ac *φίλανδρος* putavit Lennep. — *ἔδραχε* M; — **215** *δρομον εννεακυκλον* (sed supra prius ε spiritus erasus est) M; *αλήμονος* M, *ἀλκύμονος* Q; *εἶδὲ* M; »Melius dixisset opinor: *καὶ δρόμου ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κέλευθον*« Lennep, cuius coniecturam ab Harlesio quoque spretam falsam esse arguit

Nonnus 16, 398 *καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἐπιστώσαντο σελήνης* et 41, 158 *καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀναπλήσασα σελήνης* laudatus a Bekkero. — **216** *ενθα* M; *διαστείχουσα* M, A ante corr., Q; et sic correxerunt Dorvill. et Lennep; *διαστίχουσα* rell. codd. et edd. ante Lennepium; *κινύρεο* ex M Bekker et rell. post eum edd., *κινύρετο*, quod recepit Lennep, codd. dett. praeter G, qui cum edd. ante Lennepium habet *κινύρατο*. — *φυλίς* ante corr. S; *ἀκρί την* M, *ἀμοίτην* R et fort. N; *ἀκοίτιν* edd. antiq., corr. etiam Perdrier. — **217** *δεχνυμένην* M, *δεχνυμένη* ex Anonymi, Brodaei et sua ipsius coniectura recepit Lennep; *ἀχνυμένη* rell. codd. et ante Lennepium edd. — *απημονα* M; »Phyllis cupere debuit maritum *ἀπήμονα* rediturum esse, sed cum nihilominus etiam non *ἀπήμων* redire potuerit, malim *ἀγήνορα*« Tournier p. 28. — **218** *οππότε* M; *αθηναίης* M; *απο* M; *δήμων γρ. μου* ut videtur C ante corr., *δήμου* G, *δήμων* rell. codd. et edd. praeter Portum et Iulianum, qui *δήμου* ex Porti coniectura a Lennepio improbata scripserunt. Quibus obsecutus sum, cum vulgata scriptura epicae orationis non esse mihi visa sit. *Ἀθηναίης ἀπὸ δήμων* ex glossa *Ἀθήναις ἀποδημῶν*, quae veram lectionem: *ἐς Ἀτθίδα γαῖαν ἀπελθὼν* expulerit, mire credidit Tournier p. 28. — **219** *τῶ* M; *βαθυκλήροις* Q; *βαθυκλήροιο* in suspicionem vocavit Tournier p. 30, qui locum ex Nonni Dion. XIII, 70 corrigi posse opinatur, ubi alii *βαθυκνήμους*, alii *βαθυκρήμνους* ediderunt, quorum prius extat in optimo codice Laurentiano. *διαχθονος* M; *αἱμονίηων* M, *αἱμονιήων* CR, *αἱμονιήσων* P, *ἐμμονιήων* A, *ἐμμονιήως* Q. Cum *Ἀχαιὶς γαῖα* non Thessaliam, sed totam Graeciam significet, »verum non potest esse, quod v. 218 legitur *διὰ χθονὸς Αἱμονιήων*. nam per Haemoniam sive Thessaliam Graeciae urbes apparere Paridi non potuerunt. accedit quod *διὰ χθονὸς* dici non potuit nisi addito participio, quale est *πορευομένῳ* vel *πορευθέντι*, quamquam vel sic aliquid restaret difficultatis, quod Paris praeter oram Thessaliae navigavit, non profectus est per Thessaliam. Has autem difficultates statim videbimus remotas, ubi ita scripserimus: *δίχα χθονὸς Ἠμαθιήων*. Atque *Ἠμαθιήων* etiam eo commendatur, quod post Thraciam (v. 212—217) non statim in Graeciam Paris venit, sed prius Macedoniam eum attingere oportuit. Recte igitur dicetur, praeter hanc terram apparuisse Paridi Graeciae urbes florentissimas.« Schneider p. 417. Ego, cum *δίχα χθονὸς Ἠμαθιήων* ab epico quidem poeta vix pro praeter Macedoniam dici posse persuasum habuerim, simulque *Αἱμονιήων* vel ideo intactum reliquendum fuisse reputarim,

quod **Phthia** re vera in **Haemoniorum** terra, in **Achaia** proprie dicta sita sit, malui post *Φθίη βωτιάνειρα* (v. 221) aliquot versuum iacturam indicare, in quibus post aliarum Thessaliae florentium urbium (Iolci puto) enumerationem ad reliqui in Graeciam et Peloponnesum itineris descriptionem perrexerit poeta. Atque lacunam statuit etiam Tournier p. 30 *καὶ* particulam post *βωτιάνειρα* positam omissionis ansam praebuisse ratus. — Pendet autem *διὰ χθονὸς* ab *ἀνέτελλεν*. — Qua explicatione admissa nihil habebimus, cur *ἐξαπίνης* v. 220, quod de Thessaliae urbibus non nimis longe inter se distantibus, neque nimis longo temporis intervallo in conspectum celeriter navigantis prodeuntibus dictum vix iustam reprehensionem incurrere potest, cum Schneidero p. 417 in *ἑξείης* mutemus, scilicet quia »eae ipsae quas nominavit urbes vel regiones, Phthia et **Mycene**, non potuerunt *ἐξαπίνης* apparere Paridi; potuit quidem una, at non potuerunt simul duae quae longo terrarum tractu inter se distant.« *ἤθεα γαίης* ex Apollonio Rhodio I 1177, III 1121, IV 511 et 739, sed contra Nonni usum coni. Tournier p. 29. — *αὐτίκα αἱ πόλεες φαίνοντο ἀχαιΐδος αἴης h*; *εξαπίνης* M; *ἀνετελλεν* MW, *ἀνέτελλεν* CLNPSR, *ἀνέτειλεν* AQ, Julien, quod si sensum solum spectes certe praeferendum esset; sed nusquam Nonnus verbi *ἀνατέλλω* aoristo usus est, cfr. Schwabium ad Musaeum v. 111 et quem ille laudat Patzigium de Musaei emendandi ratione p. 50. — *αχαιΐδος* M, *ἀχαΐδος* RQ et edd. ante Bekker. — *ανθεα* M, *ἄνθεα* ACLNQR, quod probavit Schneider p. 417, qui etiam putat »plura duobus oppida nominaturum poetam fuisse, si *ἄστεα* scripsisset«, *ἄστεα* P [SVW] et edd. omnes. Caeterum Tournier p. 29. 30 errorem geographicum Collutho relinquendum esse censuit, et v. 219 aut *ῥία*, aut, quod praetulit, *δρία* pro *δίχα* rescribens, locum sic constituit:

Τῷ δὲ βαθυκλήροιο δρία χθονὸς Αἱμονιήων
ἐξαπίνης, ἀνέτελλέ τ' Ἀχαιΐδος· ἤθεα γαίης,

ubi, ut de aliis taceam, offendit *τε* particula a Collutho constanter spreta. Caeterum *Ἀχαιΐδα γαῖαν* hoc loco non Thessaliam, vel Thessaliae partem, sed universam Graeciam significare, cum etiam Mycene eidem Achaeae tribuatur, primus contendit Brodaeus, quem secuti sunt reliqui editores et critici, minus recte, ut in nota ad superiorem versum ostendi. — **221** *φθείῃ* Q; vocem *Φθίῃ* in suspicionem vocavit Bernhardy Grundr. d. gr. Lit. II I p. 402, male,

ut adiectum constans Phthiae epitheton, *βωτιάνειρα*, monstrat. *βοτιάνειρα* ALNQRSV et *n*, qui corr. in marg., *βοτιάνειρα* C ante corr., *βουτιάνειρα* voluit Perdrier.; *και ευρυάγυια* M. — De vv. **222—230** primum scripturae diversitatem proponam. vv. **221—225** olim post v. 230 legebantur; transposuit Schneider. — **221** *λιχὸς* Q; *γαλύνης* (η supra υ) N; — **222** *δηρῶν* M, *δηρὼν* (ο supra ω) NR; *ερεσσομενων* M, *ἐρεσσομένης* L, unde, cum tres illi genetivi *γαλήνης*, *ἐρεσσομένων*, *ἐρετμῶν* explicari non posse crediderit, recepit Iulien, qui praeterea *γαλήνην* pro *γαλήνης* coniecit. Etiam Graefius p. 251: »aut recipienda lectio Cod. Laur. *γαλήνης δηρὸν ἐρεσσομένης*, aut quod concinnius videtur, scribendum *γαληνὸς* — *δοῦπος ἐρετμῶν* de tranquilla in fluvio navigatione.« Vulgato *ἐρεσσομένων* retento bene vertit Lehrs: »neque aequoris dinavigatis audiebatur sonitus remis«. — *ἠκούετο* M, *οὐκούετο* Q; *ἐριτμῶν* R, *ἐτμῶν* W; — **224** *και χθόνος* M; *ευκόλποισιν* M, *εὐκόλποισιν* ALNQR et ut vid. P, *εὐκόλποισι* C, *ἐν κόλποισιν* SW et edd. ante Bekker.; *ἐπιήονεσσι* Q, *ἐπὶ ἠόνεσσι* A; *ἠϊόνεσι* (σσι supra) C; *βαλόντες* M, *βαλλόντες* Q. — Lennep »cum hic demum Paris dicatur navem egressus«, miratus est, »qui fieri potuit ut omnes illas urbes contemplatus fuerit et iuxta illas iter fecerit.« Quare licet singulari Colluthi inscitia explicari haec posse ratus sit, tamen motus praesertim *καὶ* particula locum minus commodum obtinente vv. 224. 225 post v. 212 reiciendos esse putavit, addens tamen: »videri posset huic coniecturae obstare quod v. 222 et 223 legitur *οὔπω κεῖθεν ἔην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης Δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν*, ubi manifesta adhuc navigationis mentio. Verum qui sequentia consuluerit, facile sentiet, haec non, nisi ut transitum ad illa faceret, inservire, et sic eleganti oppositione oratio dirigetur ad Paridem, qui iam cupiditate Helenae videndae ardebat et maxima festinatione, ut amantibus proprium, ad eam properabat.« Quae omnia absurdissima esse iudicavit Graefius p. 251, et improbavit etiam Schneider p. 418. — **225** *ἔλυσαν* M, *ἔδασαν* (η supra) W; *όσοις* M; *ἁλὸς* M et edd. inde a Bekkero, *ναὸς* codd. dett. et rell. edd., pro quo *νεὸς* commendabant Lennep, et, qui etiam in *ἁλὸς* incidit, Dorvill. — *μεμήλει* ex M recepi praeeunte etiam Tournerio p. 30, et probante Schneidero rec. p. 194. *μέμηλεν* rell. codd. et edd. omnes. — **226** *ενθεν* M; *ἂρ* (sic) *ἐρχομένοιο* coni. Schneider, *ἀνερχομένοιο* codd. et edd. omnes, nisi quod *ανερχομενοιο* M; *παρειαμενας* M, *εἴεμε-*

νας Q; *εἰαμένας hn*; *ἐριάνθους* Schneider, *Ἐρυμάνθου* codd. et edd. omnes; vv. 227. 228 sic transposuerunt Graefius et Schneider; in codd. et edd. inverso ordine leguntur. — **227** *κεκλυμένην* M, *κεκλ^η^ιμένην* W, in C *κεκλημένην*, sed prius *η* ex corr.; *ἐνόησεν ἐπ'* M et recc. edd. inde a Bekkero, *ἐνόησε παρ'* rell. codd. et edd., nisi quod *ἐν//όησε* Q; *ευρόταο* M, *εὐρόταο* Q; — **228** *σπάρτιν* (sed *ι* ex corr.) Q; *καλιγύναικα* Q; *ἀτρειωνος* M; — **229** hunc versum sequenti postposuerunt Neander et Ubelus. *ὑποδασκιον* M, *ὑποδάσκιον*, C ante corr., AGLNPQRSW et ed. Porti; *οὔρεος* C; *ὕλην* M; — **230** *παπαίνων* L. — Nunc de tota itineris descriptione videamus. Imprimis vituperavit Colluthum Lennep eo nomine, quod »Paridem, relictis Mycenis iuxta Erymanthi prata Spartam sitam ad fluenta Eurotae vidisse« narraverit. »Cum enim Mycenis Paris proficisceretur Spartam non nisi per longissimas ambages iter instituisset, ad fluvium Erymanthum, quippe longo satis intervallo a Mycenis et Sparta dissitum pervenire potuit. Séd ponamus, Paridem iuxta Erymanthum iter instituisse.· Iamne nulla amplius difficultas supererit? Imo vero maxima: nec enim tam vicini erant fluvii Erymanthus et Eurotas, cui Sparta adiaciebat, ut, qui iuxta Erymanthi fluenta morabatur, iam tum Spartam Eurotae vicinam videre posset.« — Letronne apud Iulianum, ab Homero transversum actum putavit Colluthum; cum enim ille ζ 102—104 dixerit: *Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον*, Colluthus Erymanthum in eadem ac Taugetum terra, id est in Lacedaemone, fuisse putans, urbem Spartam, quam a Taugeto non nimis distare notum erat, prope ad Erymanthi m o n t i s p a s c u a (sic enim *παρ' εἰαμενὰς Ἐρυμάνθου* interpretatur secutus a Iuliano, qui *ἀνερχομένοιο* de monte aptius quam de fluvio dictum putat) sitam esse sibi persuaserit. Paullo meliorem viam ingressus est Graefius p. 250: »Coluthi geographiam damnant omnes. Sed cum vel in desperatissimis causis defensorem accusato concedat humanitas, videamus, quid susceptis patroni partibus praestari possit. Achaiam v. 219 de universa Graecia accipi posse concedunt, puto. Iam non sine arte a poëta institutum, ut Phthiam tantum et Mycenas v. 220 commemoraret Paris, quasi praesagiens, illas mox Achillis et Agamemnonis nomine prae ceteris claras fore. Mox vero importunus est Erymanthus cum Eurota et urbe Sparta coniunctus. Eurotas et Alpheus, cui Erymanthus miscetur, communes fere fontes habent, cf. Pausan. VIII 44. § 3. unde coniicias,

Erymanthum cum Alpheo a poëta confundi, aut referri adeo poëtice ad illum id, quod proxime ad hunc pertinebat. Verum etsi sic huic Coluthi geographiae veri species subiici videtur; constructio tamen impeditissima manet. Suspicor itaque, latere in nomine Erymanthi aut nomen proprium loci, non nimis remoti ab Eurotae ostio, veluti *Ψαμαθοῦντος*, aut quod facilius videtur, epitheton praecedentis substantivi exquisitius, ut versu transposito scribatur:

ἔνθεν ἀνερχομένοιο παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς
κεκλιμένην ἐνόησεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν 'Ατρείωνος.

Adiect. *ἐριανθής* analogiae convenit ut *ἐριθαλής* et *ἐριθηλής* ap. Hesych. Nolim itaque formas usitatiores *εὐανθεῖς* aut *πολυανθεῖς* hic inferre. Iam Eurotas dicitur *ἀνέρχεσθαι παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς*, quatenus Paris ab ostio fluminis versus urbem ascendit, *ἀνέρχεται*, et sic ei fluvius adversus sensim se sensimque usque ad urbem aperit. Recte vero *εἰαμεναί* sunt loca illa depressiora et fere paludosa ad Eurotam, quae longe lateque floridis pratis vestita fuisse, probabile est. Ita haec ferenda videntur, etsi malim e cod. offerri: *ἔνθα κατερχομένοιο*. Efficere enim, ut participium de Paridi dicatur, veluti:

ἔνθεν, ἀνερχόμενος Πάρις εἰαμενὰς ἐριανθεῖς,

i. e. *ἐρχόμενος ἀνὰ εἰαμενὰς ἐρ.* id aliis difficultatibus premitur; quod autem in antiquiori poëta facillimum esset:

ἔνθεν ἀνερχόμενος ὁ παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς

Coluthi versus non permittit.« Schneider p. 417—419 versus sicut a me editi sunt, disposuit, et ad vulgatam convellendam, suamque coniecturam stabiliendam haec protulit: »at novae mox oriuntur difficultates in sequentibus. nam postquam Mycenen memoravit Colluthus, Parim narrat vidisse Spartam et Therapnen, indeque non iam diu navigasse, sed mox naves appulisse et Spartam profectum esse. in quo hoc perquam mirum accidit, quod Paris, quum iam vidisset Spartam cum vicina Therapne, quo intendebat et ubi mox narratur regiam Menelai domum adiisse, tamen alio interim naves direxit, ut denuo inde Spartam viseret. ferri haec possent, si statui liceret Parim, quum a Mycene veniens praeter Laconiae littus quod ad orientem solem spectat navigabat, e mari vidisse Spartam et Therapnen. Quod quum nullo modo potuerit, ita potius statuendum, versus 226—229 quibus ultima navigationis

pars describitur, loco suo esse expulsos ... in quibus mutanda simul interpunctio fuit quae post v. 227 erat maxima, sed commutanda fuit cum minima. aliter enim non *οὔπω*, sed *οὐκέτι* dicendum fuit. . . . . ita autem correcta interpunctione nemo iam cum Lennepio vv. 228 et 229 versui 211 subicere velit.

Postquam igitur Paris naves appulit (ad Eurotae puto ostium) recte dicetur inde vidisse Spartam et Therapnen, non quod ex ipso illo loco vidisse eum illas puto, sed pedestri itinere eo profectus vidit. Sed hoc nullo modo ferri potest, quod *ἀνερχομένοιο παρ' εἰαμενὰς Ἐρυμάνθου* Spartam vidisse dicitur, qui fluvius longissime ab hac regione remotus est. ac si qua in hac regione memorantur loca demissa, non possunt profecto alia intelligi atque quae Eurotae flumini adiacent. atqui hoc ipsum flumen secundo abhinc versu habemus memoratum. ergo cum eo versu hic coniungendus erit, quod ut recte fiat, in *Ἐρυμάνθου* putabimus latere aliquid *εἰαμενῶν* epitheton, *ἀνερχομένοιο* autem ita mutabimus ut non *ἀνέρχεσθαι*, i. e. ad fontes redire contra naturam flumen videatur. Haec autem omnia talis praestat emendatio:

221 *ἔνθεν ἄρ ἐρχομένοιο παρ' εἰαμενὰς ἐριάνθους*
223 *κεκλιμένην ἐνόησεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις*
222 *Σπάρτην καλλιγύναικα φίλην πόλιν Ἀτρείωνος.*

ubi nihil est quod probationem sibi postulet praeter *ἐριάνθους*. nam nec *ἐρίανθος* nec, quod paulo propius ad analogiam accedit, *ἐριανθής* alibi legitur.« Attulit ergo ad *ἐριάνθους* defendendum vocabula *περιανθής*, *πολυανθής*, *ποιανθής*, *μελιανθής*, *φιλανθής* et prae caeteris nomen proprium *Ἐρίανθος* in Plutarch. Lysandr. 15, et neque *ἐριανθέας* neque *ἐριανθεῖς* Collutho propter leges scholae Nonnicae metricas scribere licuisse bene monuit.

Equidem non sine dubitatione Schneiderum secutus sum. Aptissime enim servato vulgato versuum ordine cohaerent *Μυκήνη* v. 221 cum *ἔνθεν* v. 226, tum *ἔδησαν*, *ὅσοις ἁλὸς ἔργα μεμήλει* v. 225 cum *αὐτὰρ ὅ*, cum nunc transpositis versibus neque ubi naves appulerit Paris ex poetae verbis appareat, neque *ἔνθεν*, si cum Schneidero de loco dictum esse sumeres, quo referatur, habeat. Sed fortasse *ἔνθεν* hic quidem temporale est, aut in *ἔνθα δ'* mutandum erit. — De *ἄρα* praepositionis elisione satis inusitata conferas Ludwichium Symb. crit. p. 18. 31. — **231** *αὐταρ* M; *ὃ* MCLNPRS et fort. Q, ed. Porti, idque recepi; *ὁ* rell. codd. et edd. — *χειονεοιο* M,

χιονεοῖο ACNQ, *χιονέοῖο* L; *λοεσσαμενος* M; — **232** *ὤχετο* M; *ὑπ* M; *ἰχνεσσιν* M, *ἴχνεσσιν* NPQSW *n*; *ιχνος* M; *ἐρειδων* M, *ἐρείδων* Bekker et post eum edd., *ἐρείσας* rell. codd. et edd. — **233** *μη* M; *ἱμερόεντες* M, *ἱμερ.* A, *ἡμερ.* ante corr. C.; *ὑπανχράντοιο* M, *ὑπ' ἀχράντοιο* ACLN, P in textu, QR, et W in textu, *ὑποχραίνοντο* S, P in marg. a. m. 2, W in marg. a. m. 1, et edd. omnes, ex coniectura sane speciosissima; »sed quum scripti libri omnes habeant *ὑπ' ἀχράντοιο* (*ὑπανχράντοιο* Mut.) *ὑποχραίνοιντο* autem ex solo [??] Aldino exemplari in editiones venerit indeque etiam in codicem Gothanum [ex quo nihil a Passowio enotatum] quem aliis quoque indiciis intellexi ex edito quodam exemplari descriptum esse, aliquanto est verisimilius illud esse verum, sed lacuna locum vitiatum esse, ut scribi praestet:

μὴ πόδες ἱμερόεντες ὑπ' ἀχράντοιο [*χιτῶνος*]
. . . . *κονίης.*« Schneider

